


Vt, AB ad AD ita AC ad AE .
 Porro, per punctum B ducatur recta BF parallela basi AE . Hac reliquum crus DE cum crure DA secabit proportionaliter in punctis B & F per eandem proximè præcedentem: eritque jam etiam:



Vt, AB , ad AD , ita FE , ad DE .

Sive, quod idem est:

Vt, AB , ad AD , ita BC , ad DE .

Nam FE & BC æquantur per consuetarium 39. hujus. Præterea sum sint:

Vt, AB , ad AD , ita AC , ad AE ,

& ita BC , ad DE . Erunt etiam:

Vt, AC , ad AE , ita BC , ad DE .

Nam quæ uni tertio conveniunt, etiam inter sese conveniunt. Igitur jam in universum erunt:

I. Vt, AB , ad AD , ita BC ad DE .

II. Vt, AB , ad AD , ita AC , ad AE .

III. Vt, AC , ad AE , ita BC , ad DE .

Deniq, quia ad effectum nihil interest, utrum terminorum proportionalium intermediarum secundo, vel tertio loco colles: Erunt etiam permutatim:

I. Vt, AB , ad BC , ita AD , ad DE .

II. Vt, AB , ad AC , ita AD , ad AE .

III. Vt, AC , ad BC , ita AE , ad DE .

Atq, adeo Triangula plana equiangula, qualia hîc sunt ABC & ADE latera habent circa æquales angulos proportionalia: quod demonstrandum erat.

B 3

ILLU-